Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

tio amulsus interpretatur. qui loquitur contra decem
tribus que per ydolatriam a cultu dei uel etiam
a regno dauid erant auulse. Fuit
autem cognatione eius ex oppido thecue. quod vi.
miliaribus a bethleem distat. cernitur ge
rens pecorum in latitudine camporum. quibus
proximum oppido thecue. in quibus humi ari
de atque harenose nichil omnino frugum
gignitur. sed uberrimis pascuis hundat
et ideo cuncta sunt plena pastoribus. et sti
litas terre compensatur pecorum multitudine.
Ex hoc numero pastorum fuit amos propheta impe
ritus sermone. sed plenus scientia. Prophetauit
autem eisdem temporibus quibus iohel. naum.
ionas. osee. ysaias. Maxime autem con
tra tribus locutus est. pauca de duabus inserens.
Hunc ablatum de numero pastorum mi
sit deus ut in samaria prophetaret. quem ama
sias sacerdos frequenter plagis affligens.
tandem filius eius ozias uecte per tem
pora transfixit. Post hec semiuiuus in
terram suam euectus. Post aliquot dies
dolore uulneris expirauit. Sepultusque
est cum patribus suis. Item alius prologus.

Amos non ad ierusalem sed ad sama
riam prophetat quod ad israel pertinet.
ex eo quod scriptum est. Misit ama
sias sacerdos bethel ad ierobo
am regem israel dicens. Rebellauit contra
te amos in medio domus israel. Et post
paululum dixit amasias ad amos. Qui
uidens fuge in terram iuda et ibi prophetabis.
in terram bethel. quia sanctificatio regis et domus
regni est. Cui respondit amos. Non eram
propheta. nec prophete filius sed opilio uel bo
uium moros distringens. tulitque me
dominus cum sequerer gregem et dixit.
Vade propheta ad populum meum
israhel. Item alius prologus.

Ozias idem est qui et za
charias qui debitum
sacerdotum sibi uen
dicans percussus est
lepra in fronte. Sed et terre motus factus
est magnus per totam ierusalem. Ierobo
am uero fuit pronepos hieu. Cui hieu deus
promiserat. quod usque ad quartam generati
onem ex semine eius essent reges
super israel. et in hoc ieroboam promissio illa
completa est. Expliciunt prologi.

Incipit amos propheta

Verba amos
qui fuit in
pastorali
bus de thecue
que uidit
super israel in
diebus ozie
regis iuda.
et in diebus ieroboam filii ioas re
gis israel ante duos annos terremotus.
Et dixit. Dominus de syon rugiet. et de
ierusalem dabit uocem suam. Et luxerunt
speciosa pastorum. et exsiccatus est uertex
carmeli. Hec dicit dominus. Super tribus sce
leribus damasci. et super quatuor non conuertam
eum. eo quod triturauerunt in plaustris
ferreis galaad. Et mittam ignem in
domum azahel. et deuorabit domus
benadad. Et conteram uectem dama
sci. et disperdam habitatorem de campo
ydoli. et tenentem sceptrum de domo uo
luptatis. et transferetur populus syrie cyre
ne: dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus
sceleribus gaze. et super quatuor non conuertam
eum. eo quod transtulerit captiuitatem
perfectam. ut concluderet eam in ydumea.
Et mittam ignem in murum gaze. et deuora